

Fo.

CXXXVIII

in illo est: quod sanabis omnes languores meos per eum qui sedet ad dexteram tuam. et te interpellat pro nobis. Alioquin desperare. Pulchritudini et magni sunt ista languores mei: multum sunt et magni: sed amplior est medicina tua. Potuimus putare verbum tuum remedium esse a coniunctione hominis et desperare de nobis: nisi caro fieret et habitaret in nobis. **Conterritus** peccatis meis et mole miserie mee agitaueram in corde. meditantibus fueram fugam in solitudinem: sed prohibuisti me et confirmasti me dicens. **Non** pro omnibus christus mortuus est: ut qui viuunt non sibi viuunt. sed etiam qui pro ipsis mortuus est. **Ecce** domine iacto in te curam meam ut viuam. et considerabo mirabilia de lege tua. Tu scis imperitiam meam et infirmitatem meam: doce me et sana me. **Ille** tuus vnice in quo sunt omnes thesauri sapientie et scie absconditi: redemit me sanguine suo. **Non** calumnia mihi supbi. quoniam cogito precium meum: et manduco et bibo et erogor: et pauper cupio saturari ex eo in illis qui edunt et saturantur: et laudabunt dominum qui requirunt eum.

Explicit liber decimus.
Incipit vndecimus.

Quid

domine cum tua sit eternitas ignoras quod tibi dico: **Aur** ad tempus vides quod sit tempus: **Aur** tibi totam narrationem digero: **Non** utique ut per me noueris eas: sed affertur mihi exercitio in te. et eorum que hec legunt. ut dicam omnes: magnus dominus et laudabilis valde. **Non** dixi et dicam: amore amoris tui facio istud. **Non** et oram. et tamen veritas ait. **Non**uit pater vestrum quod vobis opus sit prius quam petatis a deo. **Affectum** gratiam patefacimus in te confitendo tibi miseras nostras et misericordias tuas super nos: ut libera nos omnino: quoniam cepisti: ut desinam esse miserum in nobis: et beatificemur in te: quoniam vocasti nos ut simul pauper spiritu et mites et lugentes et esurietes ac sitietes iusticia: et misericordes et mundicordes et pacifici.

Ecce narraui tibi multa que potui et que volui: quoniam tu prior voluisti ut confiterer tibi domino deo meo: quoniam bonus es. quoniam in seculum misericordia tua. **Quando** autem sufficio lingua calami enunciare omnia horum meta tua: et omnes terrores tuos et solationes et gubernationes. que me perduxisti predicare verbum tuum: et sacramentum tuum dispensare pro populo tuo. **Et** si sufficio hec enunciare ex ordine caro mihi: valet stille tempore: et olim inardesco meditari in lege tua et in ea tibi profiteri scientiam et imperitiam meam. **primordia** illuminationis tue: et reliquias tenebrarum mearum: quales deuoret a fortitudine infirmitas. **Et** nolo in aliud desistant hore que inuenio liberas a necessitatibus reficiendi corporis et interioris animi: et seruitutis quam debemus hominibus: et quam non debemus et tamen reddimus. **Domine** deus meus inter deos ordinem meum: et misericordia tua exaudiat desiderium meum: quoniam non mihi soli estuat: sed vsui vult esse fraternae charitatis: et vides in corde meo quod sic est: ut sacrificem tibi famularum cogitationis et lingue mee: et da quod offeram tibi. **In**ops enim et pauper sum: tu diues in omnes inuocantes te: que securus curam nostri geris. **Aur** circide ab omni temeritate: ab omni mendacio interiorum: et exteriorum labia mea. **Sunt** caste delicta mee scripture tue. **Nec** fallar in eis: nec fallam ex eis. **Domine** attende miserere domine deus meus. **lux** cecorum et virtus infirmorum. **statim** lux videntium et virtus fortium: attende animam meam et audi clamantem de profundo. **Non** nisi adsum et in profundo aures tue. **quo** ibim? et clamabim? **Tu**us est dies et tua est nox. **Ad** nutus tuum momenta transuolant. **Largire** inde spacium meditationibus nostris in abdita legis tue. **neque** aduersus pulsantes claudas eam. **Neque** enim frustra scribi voluisti tot paginarum opaca secreta. **Aur** non habent ille silue ceruos suos recipientes se in eas. et resumetes et ambulantes et pascetes recubentes et ruminantes. **Domine** perfice me et reuela mihi eas. **Ecce** vox tua gaudium meum: vox tua superfluentium voluptatum. **Da** quod amo. **Amo** enim **Et** hoc tu dedisti. **Nec** dona tua deferas: nec herbam tuam spernas sitientes. **Ad**sit tibi

f 2